



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 2. Pathetica Dei objurgatio hac super re.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

I. 4.

cinati videantur. Quanquam sunt verè omnes  
humanae prosperitates, & jactantiae inanes, &  
ut loquitur sapiens, *fascinatio nugacitatis*. & ut  
psaltes, *universa vanitas omnis homo vivens*,  
psal. 38. addit Apostolus: *præterit figura hujus  
mundi*. 1. Cor. 7. ideoque illi fidendum non  
est, non magis quam si ne esset quidem. Unde  
& impii in inferno confitentur periisse vo-  
luptates suas velut umbram, nec id ipsum, qui  
super terram in vivis degunt, negare possunt,  
intuentur enim quotidie vanitatem rerum  
mundanarum, & experiuntur suo damno ea-  
rum infidelitatem. Hæc tamen omnia non  
sufficiunt ad persuadendum incredulis, ne  
earum opem potius quam Dei implorent, ne  
vanas earum mendacesque promissiones  
præferant certissimis sanctissimisque Dei  
promissis, quibus suam omnibus gratiam &  
tutelam potentissimam offerens toties con-  
firmavit.

## §. II.

*Pathetica Dei objurgatio hac super re.*

Quæ cum ita sint, justissimè Deus queri-  
tur de hujusmodi hominibus, eorum-  
que diffidentiam ac infidelitatem gravi ob-  
jurgatione accusat per Prophetam his verbis:  
*Filiis hominum usquequò gravi corde, ut quid  
dilio*

*diligitis vanitatem & queritis mendacium*

Quanta putas emphasi protulit illud *Vsq*  
 quò qualè diceret: nondum agnoscitis cœcitate  
 vestram quam tot seculorum decem  
 offuderunt oculis vestris hostes vestri visibiles  
 & invisibiles, tot fallaciæ & miseriæ quibus  
 que millium annorum quibus mundus hactenus  
 durat in illius notitiam vos non adducunt?  
 memoria jam inde repetita tot mortalium  
 qui vanâ ab eo spe delusi sunt, cui nihil  
 jam reliquum nisi fera nimis penitentia  
 & æterna confusio in iis, qui illa nixi  
 rière, nihil apud vos valet ut alienis tandem  
 malis discatis sapere? *Vsquequò gravissimi*  
 Tam perniciosi errores semperne suos habent  
 patronos qui eos sequantur suoque alii ex  
 plo commendent; Numquamne cœlestis  
 depellet tantas terræ tenebras? nunquamne  
 Dei veritas plus fidei obtinebit apud homines  
 quam infidelitas creaturarum? *Usquequò*  
 quò? *Usquequò* mundi amatores, usquequò  
 velamen istud erit super oculos vestros? Ab  
 infantia vestra usque ad senectam & extrema  
 vitæ halitum diu noctuque, ætate & hyeme  
 tam in necessitatibus vestris quam abundantia  
 tiâ æternum captabitis nebulam istam & fructum?  
*Ut quid diligite vanitatem?* Quid si  
 vos delectat in vanitate creaturarum, ut De  
 crea

crea  
 ciam,  
 debet  
 modi  
 nation  
 tra mu  
 juriam  
 vanissi  
 vermi  
 iram &  
 tis, qu  
 detera  
 punita  
 rabili  
 prorsu  
 advert  
 bonita  
 emine  
 oculo  
 piamu  
 impiet  
 Qua  
 IN o  
 deb  
 studio  
 integ  
 crea

I. 4. 111

creatoris vestri inducat oblivionem, & fiduciam, quam infallibili ejus veracitati deferre debetis, suadeat ponere in mendacio. Hujusmodi exprobrationes justissimâ cum indignatione per Prophetam Deus effundit contra mundanos homines qui per summam injuriam minus fidunt protectioni divinæ quâ vanissimæ promissioni nescio cujus terræ vermiculi. Hoc execrabile crimen est quod iram & indignationem accendit omnipotentis, quod ad vindictam provocat, quod armat deterram ejus, ne tanta impietas maneat impunita. Cætera quidem hominum vitia tolerabilia videntur, hoc verò sacrilegium prorsus intolerandum, quippe quod maximè adversatur Divinæ providentiæ, potentiæ, bonitati, & imprimis amoris & charitati Dei eminentissimæ, quæ, ut ita dicam, pupilla est oculorum ejus & medulla cordis. Sed concipiamus majorem, si licet, horrorem hujus impietatis.

## §. III.

*Quantopere fugienda vel unica Dei offensa*

**I**N omnibus nostris actionibus nihil nobis debet esse commendatius, quam ut omnistudio Dei honorem & conscientia nostræ integritatem illæsam inviolatamque, custo-